

argenti religiosis viris videlicet fratribus Celle sancte Marie virginis Cysterciensis ordinis resignans dicta rubeta ad manus nostras non coacta nec inducta sed hylari wltu et ex bona voluntate de suorum filiorum heredum et amicorum consilio et assensu, postulans a nobis instanter, ut dicta nemorosa et rubeta fratribus dicti monasterii et ordinis conferremus. Nos vero non solum ad dicte domine et suorum amicorum petitionem sed eciam ob 5 propriam et progenitorum nostrorum salutem dicta rubeta prescriptis fratribus donavimus et dedimus et in eorum ecclesie usum transtulimus cum omni fructu et utilitate ab eis et eorum successoribus ex nunc tytulo proprietatis in perpetuum possidenda renunciantes in presenti omni iure, quod in dictis rubetis et agris nemorosis nobis et nostris successoribus vel heredibus competebat, ad cuius donationis perpetuam stabilitatem dictis fratribus ex 10 parte nostra dominus Guntherus miles cognominatus Cra et Cunradus Slyk vocatus fecerunt fideiussoriam cautionem. Testes huius facti sunt dictus dominus Guntherus Cra, Iohannes Cra et Cunradus dictus Slyk militares, frater Albertus et frater Otto rectores molendinorum in Grimme dictorum fratrum de Cella, Eberhardus de Nemuth magister et Thyzeo de Bork scultetus civium in Grimmis, Iohannes Vinitor, Hermannus de Hart, 15 Henricus de Damis, Iohannes Tribenshayn, Conradus frater eius, Iohannes Mercator, cives dicte civitatis, et alii quam plures fide digni. Ut ergo ista nostra donatio robur recipiat perpetue firmitatis presentem litteram sepe dictis fratribus desuper datam nostro et civium de civitate Grimme sigillo diligentius fecimus communiri. Datum anno domini m̄ ccc̄ duodecimo, tercio nonas iulii.

20

23.

Rathmannen und Bürger zu Grimma urkunden, daß für den von den Augustinern gekauften und bebauten wüsten Platz neben dem Kloster von diesem anstatt der gewöhnlichen Abgaben und Wachdienste jährlich ein Ferto Silber zu entrichten und im Kriegsfall eine bestimmte Verpflichtung zu erfüllen sei, und daß die Bewohner jenes Platzes hinsichtlich der Geschäfte, die sie selbst in der Stadt 25 betrieben, gleich anderen Bürgern derselben pflichtig sein sollten. 1327 Apr. 15.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2389. Das beschütigte Stadtsiegel (Taf. 1, 2) an Pergamentstreifen. Anm.: Die Urkunde ist sehr mangelhaft stilisirt. Vergl. im Uebrigen Lorenz Grimma 27. 159 Note. Das Kloster war nach dieser Urkunde wieder hergestellt, nachdem es durch die große Ueberschwemmung des Jahres 1315 schweren Schaden erlitten hatte, vergl. Chron. Sampetrin. ed. Stübel 159: A. d. 1315 factum est diluvium in Grimmis, ubi 30 multi homines perierunt, sed et ecclesia Augustinensis inibi per inundacionem aquarum est abducta.

Cum propter labilitatem et defectum humane memorie ea, que geruntur in tempore, necessarium sit scripto roborari, hinc est, quod nos | Conradus de Brandeis, Tilo Schacz, Iohannes Wyman, Peczoldus Koufman, Iohannes de Gythen, Petrus Steinberg, Nicolaus Pellifex, Brūno Wek|stues, Iohannes Cunegishain, Henricus Lamperti, Thiczko 35 Woluishayn et Conradus de Aldinburg consules ceterique cives civitatis Grim|mis tenore presencium publice recognoscimus et protestamur, quod pro restauero et omni emolumento exactionum, contribucionum precio et expensa*) vigilum nocturnalium et huiusmodi, in

23. a) Sollte heißen oxpensis.